



Sermo

XCII

inuare debemus violententer oppressos et eripe eos de manu violentorum. Job. xxix. Conterebā molas iniquitatis et de dentibus illius auferēbam peccata. Sed heu hodie totus mundus venalis est nec inuenitur qui gratis vel amore dei velit miseris assistere. etiam sacramenta ecclesie et patrimoniū crucifixi venduntur pecunia quod est maximum malū et pōuens ad detrimentū et pōitōem. Actū. viij. Pecunia tua tecum sit in pōitōem quā donū dei existimasti pecunia possideri. Et sic patet totum d' epistola.

Dominica decimaquarta de euange. sermo xcij.

Quoniam iret iesus in hierusalem transibat per mediā samariā et galileam. Luc. xviij. Sic dicit aug. Magnus vtrique venit medicus. quia magnus vtrique iacebat egrotus. Torti quippe humanū genus egrotū valde iacebat in morte spūalit et corporaliter. nec aliquis repererat qui posset ipsum sanare nisi filius dei. Misit verbū suū et sanauit eos. Propterea ecclesia datat dicens. Media vita in morte sumus que querim? adiutorē nisi te domine. Venit ergo filius dei et sanauit omnes qui ad ipsum accesserunt. Luc. viij. Virtus de illo exibat et sanauit omnes. Et sic tunc omnes sanauit. ita quotidie sanat omnes qui volunt in ipsum credere. Denarius quippe numerus est perfectus numerus ultra quem non preedit sed omnē cōtinet numerū et signat quod omnis multitudo hominū per ipsum christū sanata est. qui per transgressionē decalogi sunt infecti. In hoc enim miraculo vniuersitas peccatorū intelligit per christū fore sanata. et corporaliter et spūaliter. sic isti vtrique modo sunt sanati ut sancti dicunt. Sed pauci hoc magnū beneficiū recognoscunt. nam de decem mūdatis solū vnus rediit grās referēs iesu. Circa h' miraculū euāgelista quinqz ponit per ordine. Primum ē decem leprosoz xpo in hierlem pgenti occurfus et obuiatio. In principio euāgelij. Secundū est clamor ipsorum atqz postulatio ibi. Qui iste alon. et le. vo. di. Tercū est ipsorum clamantius exauditio et curatio ibi. Quos ut vi. dixit. Ite ostendite vos. Quartū est vni mūdatorū regratiatio ibi. Vnus autē ex illis ut vi. qz mūd. ē. Quintū est reliquoz nouē exprobratio et regratiantis commendatio ibi. Respondens autē iesus dixit. nōne decem mūdatis sunt et nō vbi sunt. vsqz in finem. Primo ergo ponit occurfus decem leprosoz ad iesum in hierusalem pgentem. Et hec ē. Dū iret iesus in hierusalem etc. Litera plana est. Nota ē h' q̄ttuor loca scz hierusalem per quā intelligit celestis patria. interpretat enim visio dei siue patris. Samaria que interpretat custodia. quia custodire nos debemus a multis. Galilea que interpretat rota siue transmigratio. quia cauere debemus a tota fortune et d' vicij ad virtutes. et de mūdo ad celū.